filius inter reges non computatur, quia ad regni administrationem
Martin. Pol. non pervenit.[d] Nam ipse adhuc adolescens accusatus apud patrem
de rebellione captus per patrem[e] et in Apuliam[f] ductus ibidem
decessit squalore carceris suffocatus. Factum est autem quod cum
Fredericus comes de Ysenberge[g] dicti domini Engelberti archi-
episcopi[h] consanguineus advocatia regalis ecclesie Assindensis
tyrannica abuteretur crudelitate, ipse dominus Engelbertus receptis
super hoc mandatis apostolicis domini Honorii pape et Frederici
vit. s. Eng. II, 1. imperatoris monuit supradictum comitem, ut a sua desistens ty-
rannide prefata advocatia legitime uteretur. Quibus monitionibus
ann. max. 1225. idem comes exacerbatus quodam tempore dum prefatus archiepiscopus
in via prope villam dictam Swelme[32] incederet[i] sequenti die ibidem [32] Schwelm.
ecclesiam consecraturus, ipse comes instinctu dyabolico eundem[k]
archiepiscopum nihil tale[l] suspirantem 28[33] confossum[m] vulneribus [33] 38 ann. max. 47 Caesar.
crudelissime[n] interfecit. Post quod execrandum facinus dictus comes
vit. s. E. II, 17. velut alter Cayn[o] undique[p] vagus et profugus diffugiens nusquam
potuit esse tutus, castro quidem eiusdem dicto Ysenberg[q], quod
tamen[r] inexpugnabile videbatur, per successorem domini Engel-
berti interfecti (expugnato et) solotenus[s] diruto atque confracto nec umquam
postmodum reparata, quod quidem usque hodie ruine eiusdem
attestantur, in ultionem sanguinis venerandi pontificis supra- V. Mos. 32,35.
dicti. Deus autem, cuius utique est[t] vindicta, et ipse retribuit Rom. 12,19.
et taliter ordinavit, quod predictus[u] comes sacrilegus pii pontificis Hebr. 10,30.
interfector eodem fere die post annum elapsum, quo idem pontifex
mortuus cum luctu omnium Coloniam est invectus[v], dictus comes
iam captus cum gaudio multorum per portam alteram civitatis
oppositam vinculatus est introductus et post triduum sententia

d) quia – pervenit des. 4.' 4.'' e) de – patrem des. 4.' 4.'' f) Apulia 1. Apull. 2. Apullis 3. Appu-
liam 4. 4.' 4.''. g) Ysenberg 3. Isenberge 2. Isenberghe 4. 4.' 4.''. h) arch. deest 1. i) intercederet 3. k) eum 3.
l) tale deest 3. m) confossum deest 3. n) crudeliter 4. 4.' 4.''. o) Chayn 1. p) videlicet 3. q) Isenborch 2.
r) tamen deest 3. s) soletenus 1. solotecius 2. soletecius 3. t) est undique 4. 4.' 4.'' u) ipse 1. 3. v) inventus 3.